

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Wersja sandomierska

Rękopis Biblioteki Narodowej w Warszawie, sygn. BN 12600 III, k. 76ra–76rb

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 52

[52] De obsidiis et spolio.

Hic stat Cunradus et conqueritur super Henricum Deo et vobis, nostro regi aut duci, aut vobis, domine iudex ac toti universitati civitatis, divitibus ac pauperibus, quod ipse in municipale venerit ad locum talem, ubi Cunradus pace et quiete perfrui debuerat et sibi obsidium fecit in strata regia, et in regia pace, et [k. 76rb] in eo meam pacem infreget et ipsum vulneravit ac destruxit et spoliavit corpore et in rebus, et in eo talem strepitum perfecit, quem bene probare potest, cum ipse in eo pacem violavit et strepitum in eo comisit, tunc in propria persona vidit ipsum et ipsum clamore proclamaverit. Sic fatetur, diligit, si autem negabit, ipse eum vincere intendit, qui suum clamorem audierunt ac suo testimonio. Et sicud in manifesto facto deduxit ad iudicium, sic in sentencia requirit, quomodo ipsum vincere debeat, ut sibi proficuum sit in suo iure.

[hasła: skarga, król, książę, sędzia, miasto, zasadzka, droga królewska, zranienie, pokój, gorący uczynek, sąd, wyrok, prawo]